



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Natales Sanctorvm Belgii, & eorundem Chronica Recapitulatio

Molanus, Johannes

Dvaci, 1616

Vigesima prima Maij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9477**

Ordinis negotia tractaret sancto sine, qui nonnullis antea erat reuelatus, qui euisse, pramunitum tamen ab ipso Alexandro papa extrema vactione, & Apostolica benedictione. Cuius mortem multum deplaxit Ludouicus rex, cum vtraque curia, Romana, & sua. Tandem autem sacrum eius corpus, Cistercium est delatum.

### Vigesima prima Maij.

#### De sancta Itisberga virgine.

*Ex historia eius manu-scripta, & literis Petri  
Waloncapellij, Prioris Winocensis.*

al. Idaber-  
ga.

**A** Pud Ariam, natalis sanctæ \* ITISBERGÆ virginis. Hæc filia Pipini regis, & soror beati Caroli magni, in Picardia, (seu potius, vt nunc loquimur, in Artesia) nuptijs posthabitis, magnis virtutibus claruit. Vnde in monte, qui ab eius sepultura S. Itisbergæ dicitur, conditum est templum, ad diui Petri & ipsius virginis honorem. In quo febrium aliorumque morborum remedia, meritis virginis obtenta sunt Reliquiæ eius anno millesimo ducentesimo vigesimo primo, die vigesimo Iunij, translatae sunt Bergas sancti Winoci, quæ ibidem anno quinquagesimo octauo perierunt, per postrema Francorum bella. Natalis est festum duplex magnum in Ariensi ecclesia.

### Die vigesima-tertia Maij.

#### De sancto Guiberto fundatore Gemblaci.

*Ex Sigeberto & archidiacono Viridunensi, & monumentis Gemblaci, quæ exhibuerunt Reuerendus Prælat-  
tus Lambertus Hancart, & Subprior Ludouicus Son-  
bechus.*

**I**N Gemblaco monasterio, natale S. GVI-  
BERTI fundatoris, confessoris præclari in  
mira-